



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentiis Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1701

VD18 90029526

Consult. XXX. Conclusio totius Operis, & fructus, quem inde haurire
possumus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45487

CONSULTATIO XXX.

Conclusio totius huius operis, & fructus, qui ex illo trahi potest.

Cur terra
sic sub pe-
dibus no-
stris & cœ-
lum super
capita
nostra.

Versamur hinc in terris eo oris ac corporis nostri habitu, qui nostri nos admoneat officii, si benè eundem considerare velimus. Voluit DEUS, nonnisi pedum plantis à nobis attingi terram, dum nunquam non attollimus caput versus cœlum, ad instituendum nos, ut statuamus nobiscum nonnisi contemnere terram, quæ substracta est pedibus nostris, & attollere oculos nostros, cogitationes, desideria nostra in cœlis, qui nostris supremis capitibus. Videtur, nos procul distare ab illis, ac longum requiri tempus, multo opus esse labore, si illuc ascendere velimus. Nihilominus magnus Apostolus exhortatur nos, ut nostra conversatio, nostra collocutio, nostra habitatio nunquam non sit in cœlis. *Nostra autem conversatio in cœlis est.* Quid igitur faciendum, ut Apostolico huic præcepto morem geramus? An opus avelleren nos more Eliz à mortalibus, ut sicut ille, flammante curru feramur in cœlum? an assumamus nobis pennas sicut columbæ, ut Marum remigio navigemus su-

per astra? Non, nullatenus id à nobis desiderat Apostolus, cum vires excedat nostras.

Oportet ergo extollere sal. ^{Portamus} tem cogitationes nostras supra ^{cœlum in} omnes res mundi huius inferioris, & cogitare nihil, nisi semper defixum gerere animum ^{nobis} contemplantis astris, more illius philosophi, qui prolapsus est in foveam, non respiciens ad pedes suos, eò, quòd sublati ^{ipsis.} semper oculis cursum consideraret stellarum. Non, haud opus est semper esse abstractum & abreptum extra seipsum: haud opus est quærere cœlum super capita nostra; non mutandus nobis est locus, ut ingrediamur in cœlum; in instanti erimus ibi, si voluerimus; cœlum enim circumferimus in nostris capitibus, includimus illud in nostris cordibus. Cœlum, de quo sanctus Paulus loquitur, & in quo desiderat nostram esse conversationem, est Deus ipse. Jam cœlum est in nobis, cum penetremur & possideamur tota intimâ præsentia Dei. Beatis in gloria non est magis præsens, quàm nobis; sed illi vident ^{ipsum,}

Phil. 31.

ipsum, & ideo Beati sunt, & nos ipsam non videmus, & ideo privati manemus felicitate verâ in medio magni Oceani omnium felicitatum.

Recorde-
mur Deo
& sumus in
cælo. S.
Ephrem.

Unde ergo oritur, quod nec consolati, nec Beati vivamus, cum totum in nobis sit cælum? nisi quod in cælum non ingrediamur ad fruendum felicitate ac beatitudine nostra. Sanctus Ephrem egregiam hanc exaratum reliquit nobis sententiam: semper memineris Dei, & cælum mens tua evadet. Ingredere solummodo temetipsum, & memineris te totum plenum esse Deo; & ecce jam versaris in paradiso: Nam quanta abundantia gaudii, quam solidum tibi solatium, videre plenum te esse bono infinito? O si gustares hoc gaudium! juxta proportionem immensarum divitiarum thesauri, quem possides! quæ differentia foret inter te & Beatum? Non igitur defectus est præsentia & possessionis Dei, non nisi oblivio Dei est, quæ reddit te infelicem. Memor es Dei, & gustas dulcedinem præsentia ejus in te? reipsâ in cælo es, quamvis videaris conversari in terrâ cum cæteris hominibus. Oblivisceris Dei? nihil illius gustas: præsentia miserabiliter serpis in terra cū cæteris animantibus, quamvis cælum circumferas in temetipso, totusque plenus sis Deo.

Sed unde proficiscitur univer- Unde veni-
falis hæc Dei oblivio? quid con- ar, quod
ciliat communem hanc infeli- tam parum
citatem hominum? unde est, recorde-
quod, cum omnes totum cælum mur Deo,
portent in semetipsis, in cælo
tamen non omnes vivant, ubi
suam invenirent felicitatem? Et
unde venit, quod illi ipsi, qui vi-
deri volunt pietatis alumni, qui-
que dicunt, amare se Deum su-
per omnia, nec quidquam qua-
rere extra seipsum, tam parum
intendant Deo, ut obliviscantur
illius horis integris, & quando-
que integris diebus? hoc oritur
ex parvâ estimatione Excellen-
tiarum Dei, ex modica cogni-
tione, quam habent de Majesta-
te, & adorandis ipsius perfectio-
nibus. Audiêrunt quædam que
fieri sermonem de ipso; sed tam
leviter tamque obiter, ut non pe-
netrârît ipsorum animum; haud
aliter quam si facta fuisset ipsis
narratio cujusdam rei, de qua
nihil sciunt, nisi per auditum, ex
qua nihil viderint unquam, cu-
jusque à semetipsis nullam habe-
ant cognitionem; ex eo, quod
audiêrunt de ipso, haud aliter af-
ficiuntur, quam anili quædam
fabulâ, cujus non amplius ha-
beant rationem. Si res bene con-
sideretur, constabit, nimis quam
verum esse, majorem ita sentire
partem hominum, & rationem,
quare non nisi rarissimè de Deo
cogitent, esse, quod non nisi mi-
nimi pendant ipsum,

Ecce mi chare Lector, quid sæpè impleverit cor meum amaritudine; deploro ignorantiam, in quâ vivimus, earum rerum, quæ concernunt Deum; abs vehementi dolore videre non possum, tam parùm cognosci ipsum, tamq̃ parvi æstimari, ut vix otium quis sumat cogitandi de eo. Etece quid me impulerit, ad explanandum tibi hîc aliqua de Excellentiss Supremæ hujus Majestatis, majori quâ poteram

claritate & evidentia. Et licet hoc fiat abjectâ quâdam ratione, quæ longè inferior sit tanti argumenti dignitate, nihilominus confido, te magnos exin haurire posse fructus, si operam navaveris lectioni hujus libri, cum spiritu veris accenso desiderio cognoscendi Deum. Annotabo tibi hîc aliquos principaliores, quos melius ex propriis cognoscas experimentis.

ARGUMENTUM.

Primus fructus Lectionis hujus Libri est, quod fastidium pariat a-

ARTICULUS I.

nima, ipsamque faciat commorari in cælis.

Solacium animæ abstrahentis se à creaturis, ut habitare possit in Deo.

Nemo est, quem status premat infelix, nisi ex eo, quod feliciorum habere non possit. Imaginare tibi hominem inclusum carceri fœtido, per obscuro & arctissimè obfirmato; ubi pro suarum cumulo ac culmine miseriarum ingemiscat oneratus catenis, & fame moriatur. Quâ ipsum perfunderet voluptate, qui ipsum inde exsolvens, aperiret illi januam speciosissimi alicujus palatii, cujus apparatus omnis admodum foret magnificentus, lectissimâ instructus suppellectile, splendore plenus ac divitiis, offerendo id illi deinceps in habitaculum, si præ suo id mallet ergastulo? Quis tam insanæ est mentis, ut fluctuaret

animo, in eligenda unâ ex duabus hisce mansionibus? Jam simillimum quid hîc accidit.

Anima inclusa ergastulo corporis sui contenta est mansione tam mœstâ, molestâ, incommodâ, quia non credit, se aliam hâc meliorem habere posse. Sapientes mundi, & omnes ii, qui non nisi nôrunt illa, quæ cadunt sub sensus, nô capiunt, quod spirituales dicunt, mansionem esse in Deo summè delectabilem pro animabus, quibus illuc patet introitus. Videtur illis hoc esse torturam ac cruciatum intolerabilè, semper abstractum manere à creaturis, nunquam non recollectum in semetipso, semper que

inten-

intentum Deo; creduntque privatam hoc esse omnibus voluptatibus vitæ, & vivere infelicem, velut perpetuo detentum ergastulo; cum ex aduerso, totum sit verum oppositum, quod nempe obscuro & arcto sit cōstringi ergastulo, & admodū habitare angustè, scā creaturis inclusam & cōstr. Etā tenere animam, Quid enim est creatura? quid universus simul est mundus respectu alicujus animæ, nisi carcer tam arctus pro illa, ut suam hīc habere non possit extensionem: capacitas illius longè his omnibus est major; nonnisi Deus solus nostrā major est animā, & consequenter exire è mundo & creaturis, ut intretur in Deum, est exire è carcere, ut in magnificum intretur palatium, seque omnimodæ asserere libertati.

Aspectus magni palatii divinitatis ostendit, mundum esse velut carcerem.

Illi, qui nullam habent cognitionem Spiritūs, non intelligunt hæc: ed ignoscendum est illis, quod illa nondū æstiment, quæ nondum cognoverunt. Si aspexissent pulchritudinem, magnitudinem, splendorem palatii, ubi ipsorum habitare potest anima, nonnisi maximo contemptui illum haberent carcerem, ubi credunt, se habitare lautè persuasi, se hīc vivere absque coactione & in libertate: cognoscerent, quàm infinita differant ratione, habitare in Deo, & habitare in seipso, vel creaturis; quodque

unum non sit nisi peenofus carcer & misera captivitas; alterum palatium magnificum & jucundissima habitatio beatarū animarum. Aperi oculos, O anima. Liber hic, qui tibi loquitur de Excellentissimis Dei, aperit tibi portam speciosi hujus palatii; quando tibi explanat prodigia adorandarum ipsius perfectionum, ostendit tibi, teque ducit in illi' habitacula. Videfis, quàm sint magna, quàm sint pulchra, quàm sint jucunda, quàm sint splendida, quàm sint magnifica: Nonne mox primo illorū raperis aspectu? Nonne mox vehemens experiris desiderium habitandi ibi? *Quam dilecta tabernacula tua, Domine, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini: Intra, quiesce ibi, fruire jucunditate amoenissimæ hujus mansionis, comorari poteris illic, quamdiu libuerit tibi.*

Anima pura à sordibus peccati, libera ab affectibus mundi, & verè appetens Dei, ubi visam invenit januam, ad exeundum à semetipsa & creaturis, atque intrandum in speciosum & spatiosum Divinitatis palatium. Janua hæc est immentitas DEI, quæ omnia replet, quàmque videt ipsa ubique: hinc omnia ipsi loca æqualia sunt, & undique extollere se potest ad habitandum in magnifico & mirifico hoc palatio.

tio. Quando semel huc intravit, obliviscitur cæterorū omnium, ut occupet se occupatione Dei ipsius, qui per omnem æternitatē non facit aliud, nisi quod divinas suas contempletur perfectiones, & infinitā ratione amet illas. An dubitandum sit, quin hæc anima experiatur totum cor suum distentum gaudio, eò quod, cum in DEO sit, ibique faciat, quod facit ipse DEUS, ex eodem hauriat fonte, è quo Deus ipse totam suam haurit & desumit beatitudinem?

nisi quod expositum est sensibus, & cætera omnia ceu meras accipiunt imaginationes, & phantasmata infirmorum ac tristium animorum.

Ex adverso anima, quæ semel aditum invenit in jucundum hoc Divinitatis palatium, nil magni æstimat, nisi id, quod fides docet! cætera omnia videntur ipsi velut umbra, quæ præterit, velut noctis somnium, quod evanescet, cum oculos habuerimus apertos: adhuc minus, quàm somnium; cum non sint nisi acervus parvorum nihilorum, quæ prodierunt è nihilo, & mox in nihilū relaberentur, nisi sustentarentur à manu DEI: puderet ipsam annihilare se in omnibus hisce nihilis, dum commorari potest in Deo, ubi suam invenit gloriam, suam quietem, suamque paradysum. O mi Deus! ipse solus contentus vivit ac beatus qui habitat in te, qui cognoscit te, qui que amat te. *Hec est vita æterna, ut cognoscant te.* Joan. 17ⁱ

Nonne hoc est aperire tibi portam paradysi, dum facile tibi conceditur medij habitandi in Deo, & quiescendi in pulchritudine adorandarum ipsius perfectionū, velut in pluribus magni cujusdam palatii conclavibus, ubi libertatem habeas intrandi ipsorum prodigia, & tamdiu comorandi ibidem, quamdiu placuerit tibi? Quod vis eorum suas habet divitias, suasque ille-

M m m m m cebras

Misera cap. Admiratur ipsa cœcitatē ac civitas animæ, quam creaturæ constri- gunt carcere. miseriam suam, quod tamdiū detenta fuerit in foetidis ac obscuris creaturarum ergastulis, nec intelligit, quomodo tolerare potuerit tam diuturnam, tamque miseram sub illis captivitatē: Jam dum aspicit illas è sinu DEI, ubi habitat, minores atomis videntur ipsi in comparatione adorandi hujus palatii, ubi Deus ipse, cum omnibus habitat Beatis: deplorat ipsa miseriam eorum, qui liberos se putant, dum vagabundum gerunt animum, qui in continua vivunt Dei oblivione: illorum luget & plangit captivitatem, dum totos ipsos videt creaturis obstrictos, quas tanti æstimant, quasi Deus nihil esset respectu illarum. E-heu! quā decipiuntur turpiter à sensibus suis! Nam cum ad ipsos se referant, hique illis non dicant, Deum esse, nihil æstimant,

Felicitas anime habitantis in DEO.

Joan. 17ⁱ

Conclavia specialia palatii Divinitatis.

cebras, quæ majore, vel minore afficient te voluptate, juxta proportionem, quanto majore attentione aspexeris ipsas.

Lib. 3. c. 6.

Disposui & ordinavi in *Christiano interiore* parvam aliquam praxin conversandi in præsentia Dei per septem hebdomadæ dies, tribuens unicuique diei cogitationes & affectus diversos circa quamlibet perfectionem Dei; semel circa essentiam Dei, altera die circa illius Omnipotentiam; iterum aliâ circa ipsius sapientiam, aliâ vice circa ipsius patientiam, & exin circa ipsius amorem, & postea circa ipsius justitiam; & denique circa ipsius misericordiam. Sed omnia hæc in parvam valdè redacta sunt Epitomen, ut sufficere tantummodò possint pro colloquio unius diei. Ecce tibi hîc quædam ampliora, quibus ad eundem finem uti melius poteris.

Quælibet consultatio agens de perfectione quâdam Dei satis ampla est, & sufficientes complectitur veritates ad suppeditandam colloquii materiam per hebdomadem integram, si otium concedere volueris animæ tuæ ad ruminandum ac insculpendum tibi illas, sicut & hauriendum aliquem ex illis fructum. Siquidem hoc est velut ingens quoddam conclave palatii Divinitatis,

ubi non nimium tibi fuerit per integram commorari hebdomadem, ad perlustrandas omnes illius pretiositates: invenies ibi lumina fulgidissima, quibus tum demulceas intellectum; affectus tum dulcissimos, tum ardentissimos, quibus tuam oblectes voluntatem; contingentias quoque jucundissimas, quibus sanctâ quâdam ratione satisfacias curiositati; Et super omnia campum inexhaustum divinarum veritatum, quibus quanto magis scrutando inhæseris, tanto majora perspecturus sis in illis prodigia: vix satisfactum tibi putabis, nisi diutius quam octo diebus in mansione tam jucundâ fueris commoratus.

Nihilominus hebdomade sequenti concedere poteris in conclave aliud, aliam dico consultationem, quæ non minores tibi subministrabit delicias, ubi cum visurus sis pulchritudines omnino novas, novas quoque percepturus & experturus sis consolationes. Quando non nisi leviter res transcurrimus, non nisi levem exin haurimus satisfactionem, quæ non admodum commoveat animum, & quanto cyûs denuò evanescat. Non eadem hîc est ratio, quæ est cum lectio-
ne alicujus fabulæ vel apologi, aut fictæ cujusdam narrationis, ubi ab initio parum quid irradiat

ful-

fulgoris demulcens oculos; sed dum penitius illas rimamur, experimur non esse, nisi meras imaginationes. Hic ex adverso res se habet, sicut cum tabernaculis Cedar, quæ non exterius, nisi telæ rudes, sordidæ, pulvere conspersæ, sed sub illis ingentes abscondebantur thesauri: Veritates hinc expositæ prorsus sunt nudæ & absque omni ornatu; omnis illarum pulchritudo est ab intus, & fundo inclusa; profundè penetra, perscrutare cum otio, & videbis illas.

Mutabis adhuc mansionem, dum mutas hebdomadæ, & intrabis in considerationem alterius perfectionis Dei, quæ tibi exponitur in alia consultatione, & methodo omninò diversâ ab aliis. Observabis ibi pulchritudines novas, quæ occupabunt te cum

voluptate per hebdomadem integram, & hæc vix tibi sufficiet ad aspiciendum illas omnes paulisper cum otio. Nihilominus sic faciendo, transegeris plus quàm medium annum, & creando te spiritaliter in divinâ hanc mansionem, abs eo quod visitare potueris conclavia omnia Augusti hujus palatii Divinitatis, quæ omninò hinc habes & vides aperta. Quod si gustaveris semel dulcedinem habitationis tam jucundæ, omnis alia carcer tibi videbitur & ergastulum; & totus fastidians terram & creaturas, vivere non poteris consolatus, nec tuo commodo, nisi commoreris in cœlo & cum Deo. Et hic primus est fructus, quem haurire poteris ex lectione hujus voluminis.



M m m m m 2 ARGU-

ARGUMENTUM.

Secundus fructus, exercere culturâ cœlum plantatum in terris.

ARTICULUS II.

Quotidie postulamus à Deo, ut regnum ipse nos: *Adveniat regnum tuum; Et tamen nolumus, quod postulamus: non enim dependet nisi à nobis, ut descendere faciamus cœlum in terram, expectando, quoad ascendamus è terra in cœlum.* Est verus hic sensus sublimium verborum quæ DEUS affert & effatur in vate *Maï 51. Isaiâ: Posui verba mea in ore tuo, ut plantes cœlos & fundes terram; id est, ut plantes cœlos in terrâ, & fundes terram super cœlos. Hoc est plantare cœlos in terra, dum porrigitur nobis modus vivendi hic in terrâ, sicut in cœlo, semper in sinu DEI, semper occupatum divinis ipsius perfectionibus, per longam, quam contraximus, consuetudinem, ruminando ipsarum prodigia. Et hoc est fundare terram super cœlos, non aliâ ratione tractare quidquam, quam velut negotia æternitatis, faciendo illa omnia in Deo & pro Deo, & in præsentia DEI, & velut habentes obligationem, strictam de illis reddendi rationem coram iustitiâ DEI.*

Mysteriis admodum factam invenio sententiam in apocalypsi: *Beati mortui qui in Domino moriuntur, opera enim illorum sequuntur illos.* Illi sunt mortui, & moriuntur; si non essent mortui, non morerentur; Et ipsi non moriuntur continuo, nisi quia sunt mortui actualiter. Qui sunt Beati hi mortui, qui moriuntur semper? nisi animæ; quæ jam deseruerunt terram ut intrarent in cœlum, per universalem mortem, quâ mortuæ sunt omnibus rebus mundi, & per constans propositum stabilendi suam habitationem in sinu DEI. Ipse jam mortuæ sunt mundo, & moriuntur continuo sibi ipsis. Mori mundo, hoc fieri potest subito ac uno eodemque tempore, semel promptè deserendo ipsum, sicuti fecerunt tot solitarii & religiosi, qui se vivos sepeliunt in profundas solitudines: avulsi à commercio hominum, Sed mori sibi ipsi requirit longam moriendi seriem omnibus inclinationibus naturæ & amoris proprio, qui semper vult renasci, quemque semper longo Martyrio interimere: *opore*

Beati mor-
tui, qui mo-
riuntur A-
poc. 14.

oportet: & Beati hi mortui, qui ita moriuntur in Domino, vel ex amore Domini nostri.

Differentia
inter ope-
rationes &
opera.

Sed ratio ipsorum Beatitudinis est admirabilis; eò quod, dicente Scripturà, opera illorum sequuntur illos. Est differentia inter nostra opera & nostras operationes: nostræ operationes sunt nostræ actiones, nostra opera sunt effectus nostrarum operationum. Quot videre est, qui pulcherrima faciunt opera, at operationes abominandas. Ille homo, qui extruit domum suam, qui pulcherrimum ædificat palatium impensis istius, quem opprimit, pauperis, cujusque devorat substantiam, haud dubiè facit opera, quæ multum habeant splendoris; sed operationes ipsius criminose omnes sunt turpissimæ. Et prorsus ex adverso homo iste solitarius, despectus à mundo, qui abnegat seipsum, qui mortificat passiones suas, qui gessat cilicia, vel qui jejunit, facit opera, quæ nihil habeant splendoris, quæ nihili pendantur à mundo: sed operationes ejus tam magnæ sunt, tamque preciosæ, ut majoris valoris sint, quàm tota terra simul, si ex purissimo constaret auro: parùm ipsius interest, qualia sua sint opera; sed summè invigilat, ut omnes operationes & actiones suæ excellent, probè gna-

rus, non esse operationes nostras, quæ sequuntur nos, sed opera; nostra; sive bona, sive mala: Opera enim illorum sequuntur illos: Speciosa domus, pinques fundi, arva foecunda avari hujus & ambitiosi hominis, non sequuntur illum, sed peccata; quæ in illis injustè acquirendis commisit: sic nec cilicia, nec jejunia, nec omnes mortificationes illum sequuntur solitarium, sed bonæ virtutum ac poenitentiae exercitationes, sicut & amor Dei, quo fuerat ad illas extimulatus.

Hoc posito ipse judica, quàm verum sit: Beatos esse mortuos, qui in Domino moriuntur. Imaginare tibi hominem, à mundo & vanitatibus ejus totum abstractum, qui voluntario sese illius auxilio, ut suam in cælo constituat habitationem, id est, in Deo, & divinis ipsius perfectionibus. Quid facit tibi? Quodnam est ipsius exercitium? Non solum fruitur Deo, habitans semper in ipsius sinu; sed contendit & studet se reddere tam magnificè habitatione dignum, continuò intentus suam purificare animam, & mori sibi ipsi, ac omnibus affectibus humanis; nec unquam augere cessat aestimationem Dei in animo suo, quàm indies tantò cognoscit magis, quantò magis conversatur cum illo: juxta proportionem insuper auget con-

Deus &
mundus
sunt velut
duæ lances
alicujus
libræ.

M m m m 3 rem


temptum mundi, cujus tantò plus obliviscitur, quantò plus ab ipso separatur ac elongatur: Deus & mundus sunt veluti duæ Lancee alicujus libræ, quarum una dum deprimitur, altera elevatur: juxta quod æstimatio Dei ascendit & attollitur in anima, immittitur & tandem tollitur omninò æstimatio mundi, ita ut ille, qui totus est Dei, in nullo & nullatenus sit mundi.

Quomodo
anima co-
lat cœlos
plantatos
in terris,

Non ignorat talis, vivere se contemptum à mundo, nec pluris æstimari se, quàm si erasus jam esset è catalogo viventium: probè novit, non extolli nec celebrari facta sua, cum nihil habeant splendoris, seque inutilem pro-
fus mundo: sed ex hoc non angitur, eò quod noverit non sequi se opera sua, sed operationes & actiones suas, quæ omnes divinæ sunt, quæ omnes sunt factæ in Deo & pro Deo, omnes absconditæ in Deo, & pretiosæ coram Deo: Et hæc ratione ab ipso cœli plantantur in terris: *ut plantes cœlis*; non intermissà exercet illos culturâ, id est, dum suam consumit vitam in consideratione Excellentiarum Dei, & in ruminandis adorandæ & Augustæ hujus

Majestatis perfectionibus, adorat illum, admiratur illum, amat illum, & etiam, quantum potest, admittitur, ut se efformet ad similitudinem illius. Et ecce unicuique ipsius negotium, dum tota milliones hominum inutiliter torqueri permittit circa res, mundi, in universali oblivione Dei.

Et ecce secunda prærogativa, quam sperare potes ex lectione hujus libri; magnâ nimirum curâ colere cœlos, qui plantati pro te videntur in terris, & exinde admirabiles colligere fructus: si quidem Beati non vident in cœlo per lumen gloriæ nisi easdem perfectiones Dei, quas contem-
plaris tu hîc in terris per lumen fidei. Sed pro illis est cœlum jam totum in fructu, cujus meram abs ullo labore gustant dulcedinem; nec unquam plus inde colligent, quàm quod jam habent: & pro te est cœlum plantatum, quod abs intermissione fructus producit omninò novos, tantâ cum fœcunditate, ut exhauriatur nunquam, modò nunquam desistas sollicitâ culturâ exercere ipsum.



ARGU-



ARGUMENTUM.

Tertius fructus, addiscere de Deo
ARTICULUS III.

Nihil ita deplorandum, quam
usurpare auribus usitata
Christianorum colloquia. Si Phi-
losophus ille, qui alteri dixit: *lo-
quere ut te videam*, audiret ipsos,
Atheorum ipsos accenseret nu-
mero, videns, quod nunquam, vel
quasi nunquam ex ore ipsorum
prodeat vel unicum de Deo ver-
bum, nisi ad irridendum vel blas-
phemandum ipsum. Lingua ip-
sorum loquitur ex abundantia
cordis eorum; & quia ipsi oble-
ctamenti, non loquentur nisi de
crepundiis, nugis & rebus fri-
volis.

Unde ve-
niat, quod
homines
parum lo-
quantur de
Deo.
Act. 4.

Eccur non loquimini de Deo?
ut quid verba non miscetis de
divinis ipsius Excellentis, sicut
Apostolorum Princeps cunctis
præcepit Christianis: *Si quis lo-
quitur quasi sermones Dei*: respon-
derent tibi: *Quomodo nos loqui
vis de illo? Nihil quasi de ipso di-
cere possemus, cum non nisi mi-
nimam ipsius habeamus cogniti-
onem; hoc sapientibus incumbit,
& iis, qui Theologicæ scientiæ
pollent notitiâ: Nomen enim
Theologia significat diuicursum*

*loqui, & cum voluptate sermo-
nem miscere ac ipso.*

vel colloquium de Deo. Jam
scientia hæc non est admodum
frequens & usitata inter Christia-
nos. Ecce quid pariat ipsis dif-
ficultatem loquendi de Deo; ne-
mo nisi de eo, quod novit, loqui
potest.

Verum si hoc obstat, ne loqua-
ris de Deo, hanc amplius excu-
sationem allegare non potes, si
applicare te volueris lectioni hu-
jus liberi: siquidem is tradit ti-
bi Theologiam tam familiarem,
tamque facilem, ut nemo sanæ
sit mentis, qui eam non intelli-
gat; nihilominus etiam Theo-
logiam adeo sublimem, adeo
profundam, ut sapientissimi qui-
que Theologi, nil dixerint su-
blimius, nil subtilius, quod hic
explanatum non inuenias Me-
thodo facili & expeditâ ad ca-
piendum. Sic non nisi in te si-
tum est, quin doctus sis Theo-
logus, peritus & paratus solide
verba facere de Excellentis Dei;
siquidem hic liber Epitome est
eorum omnium, quæ docentur
in prima parte Theologiæ, quæ
agit de Deo Trino & Uno.

Hic liber
reddat le-
ctorem
suum
Theolog-
um.

Et

Est volu-
ptas loqui
de Deo.

Et hoc tantò tibi erit facilius, quod omnia hic tractentur in forma Consultationum & colloquiorum spiritualium, ubi lumina & ardores, cognitiones & affectus conjunguntur simul, ubi intellectus invenit, quo illuminetur, & voluntas, quo accendatur. Non hic fit sermo per ænigmata & modos loquendi inositados, sed verbis claris, intelligibilibus, & familiari in colloquiis usui accomodatis: univo verbo, hæc Theologia hic loquitur, sicut hominibus ingentis invicem colloquendi mos est. Omnes Consultationes, quas tibi exhibet hic liber, non completuntur aliud, nisi quòd Christiani, qui cognoscunt & amant Deum, in suis proferre possent colloquiis, si tamen Christianè & cum fructu conversari invicem vellent. Quòd verat, quin his similia habere possis cum amicis tuis spiritualibus colloquia? Nonne plus jucunditatis habeat invicem loqui de rebus bonis, quàm de malis vel indifferenteribus? Nonne plus experiatur oblectationis animus ratione præditus loquendo de veritatibus æternis, solidis, ac sublimibus, quæ Dei Majestatem, quam adorat, concernunt, quàm semper reptando super terram per colloquia de rebus vanis ac frivolis, quæ non nisi vento, fu-

mo, nugis, mendaciis, ac inutilitatibus replent ipsum.

Sed non omnes sunt intellectu tam elevato tamque illuminato, ut evolare hæc ratione possent in superiorem ætæ regionem a quilarum more: oportet unumquemque metiri se pede suo. Diccas potius, non omnibus esse intellectum fide plenum, nec cor bonis desideriis accensum cognoscendi & amandi Deum; id enim solùm est, quod evolare facit animam in altum. Siquidem da mihi intellectum naturalem, quem dare poteris, amplissimum, acutissimum, vivacissimum, quamdiu privatus fuerit luminibus cœli & cognitionibus Divinitatis, serpet semper humi, manebit nunquam non defixus in terra: *Qui de terra est, de terra loquitur; qui autem de cœlo venit, super omnes est.* Cuncta ipsius colloquia non erunt, nisi de parvis, quæ inter homines, vel ab hominibus aguntur, negotiis terram sapientibus, & illius commoda; ubi econtra intellectus, quantumvis rudis, illuminatus tamen radio quodam divini luminis, & affectu quodam divini Amoris accensus, loquitur velut Angelus, cujus tantis abundant illecebris colloquia, ut maxima quæque rapiant & ineffabili voluptate afficiant ingenia. *Ansi-*

Quid ele-
vet vel de-
primat in-
tellectum,

Coll
nes P
in de
sunt
mes,

Collatio-
nes Patrum
in deserto
sunt subli-
mes,

Antiqui Patres in deserto non pollebant omnes ingenii, quæ pollebantur provinciarum ac regionum moderamina, non erant plerumque magni Philosophi; vita ipsorum solitaria, quæ ab hominum retraherentur commercio, nil conferebat ad locupletandum se magno scientiarum thesauro; nihil enim eorum, quæ accidebant in mundo, quasi noverant: nihilominus congregiebantur quandoque & instituebant collationes spirituales de materiis & argumentis omnino divinis, ubi loquebantur velut magni Doctores Academiæ cœlestis, suam quolibet contribuente partem, vel id, quod legerat in sacrâ Scripturâ (quæ ferè solus devotionis liber erat, quem versabant manibus) vel id, quod acceperat à Deo in oratione, quæ intimum animæ cum Deo est colloquium, ubi ipse addidit cognitionem. Et hæ collationes Patrum visæ sunt tam pulchræ, tamque dignæ admiratione, maximis quibusque ingenii, ut sanctus Thomas, qui Theologiæ nostræ censetur oraculum perpetuò illas lectitaret. *Collationes Patrum assidue pervolutabat.*

Si loqui non possis de Deo, nec rebus divinis, ne causam refundas in defectum ingenii parum acuti, vel in carentiam sci-

entiarum studio acquisituum; habebis fat ingenii, si habueris fat devotionis; & plurimum habebis scientiæ, si plurimum habueris fidei & desideriorum cognoscendi Deum. Siquidem præoccupat ipse eos, qui concupiscunt se, nec suam abscondit faciem, quærentibus illum; & quàm parum etiam anima (quamvis alias simplicissima) conversatur cum Deo in oratione, intra breve tempus tantum acquirat luminis & capacitatis, ut Spiritualia cum sui similibus instituere possit colloquia, majoribus plena illecebris, quàm jucundissimi discursus eorum, qui loqui haud nōrunt, nisi sculo, & vanitatibus ejus.

Quando non habueris aliud colloquii argumentum, nisi quod legeris in consultationibus hoc libro contentis, nec una ex omnibus erit, quæ tibi non suggeret materiam æquè jucundam, quàm utilem, quæque serviet pro spirituali recreatione, magis futurâ consolationi, quàm omnes vani discursus, qui formari poterunt. Mirum sanè est, christianas inveniri familias, quæ laborem quandoque sibi assumant aliquam addiscendi comœdiam, ubi suam quilibet memoriæ committat personam, ut illam exhibeat simul cum aliis, ad recreandam sese

Consultationes hæc possunt servire pro colloquio de Deo,

Nnnnn hisce

hisce ludicris & vanitatibus. Ecur nobis non sit tantus pietatis ac devotionis sensus, ut addiscamus, & instituamus simul spiritualem quandam consultationem de perfectionibus Dei? pleræque ex his, quas complectitur hic liber, ita sunt dispositæ, ut plures personæ sint, quæ successivè loquantur, & quælibet sua exponat lumina, suos producat affectus, quos conceperit in corde suo. Nonne magnæ voluptati foret, suum replere iisdem luminibus aut cognitionibus intellectum, suumque iisdem munire affectibus animum, ut suas quisque partes in consultatione bene agens, id inde referret utilitatis, ut addiceret Theologiam cum voluptate, discurrere de illa nosset cum facilitate, suum inveniret intellectum sublimissimis illuminatum veritatibus circa perfectiones Dei; & tandem suam experiretur voluntatem cum tempore totam accensam affectibus sanctissimis amoris Dei.

Dedecusest
habere nos
tam exiguum
desiderium lo-
quendi de
Deo.

Eheu! quantum nobis dedecus, quantum probrum, quòd sentiamus in nobis tam vehementes propensiones conversandi cum nostris amicis, & miscendi cum illis colloquia de mille rebus frivolis, & non experiamur inclinationes incom-

parabiliter fortiores conversandi cum Deo, vel de ipso cum familiaribus nostris faciendi sermonem? An non ergò verum est, obstrictos nos esse sub æternæ damnationis pœnâ, amare ipsum ex toto corde nostro, ex tota anima nostra, ex totis viribus nostris? Estne hæc fabula? Est ne imaginatio hanc nobis legem esse impositam? an ignoramus, esse impossibile nobis pertingere ad cælum, nisi verè & fidelissimè magnum hoc observemus præceptum? & nunquam quasi cogitare de illo! nunquam quasi de ipso loqui! Quomodo dicere quis potest eis que ingenti sui ipsius deceptione, se æstimare, se amare, se desiderare id, circa quod tantam cum vecordiâ ostendit foecordiam? Non est tam tenuis malus affectus in corde nostro, qui non quandoque trahat animum, ad instituendum de re, quam amat, sermonem? Et quantò affectus est major, tanto magis ad id impellit animum: constat enim amorem esse pondus, quod trahat animam in partem suam. O si cor haberemus plenum Dei amore, sicut obstricti sumus, certum est, nos alias haud admissuros cogitationes in animi penetralia, quàm illas de Deo, nisi vi quâdam nobis illatâ, nec de aliis verba facturos rebus absque maximo fastidio.

Quid

Christia-
nus non nisi
loquens de
mundo est
lusciniā a-
gens bubo-
nem.

Quid diceretur, si videre foret plures lusciniās, quæ proprium relinquerent cantum ac suavem harmoniam, ut simul ruditer crocitantur sicut corvi, vel ulularent sicut bubones? nonne ingenti percellerent horrore? nonne censerentur esse monstra & mali augurii volucres? nonne diceretur, has certè non esse lusciniās, quamvis secundum externam figuram tales videantur? Heu! quod aliud iudicium ferre quis potest de Christianis, quando proprio suo relicto idiomate, quod esse deberet de Deo, de devotione, de rebus salutis suæ, idioma arripiunt mundi, velut pagani, non loquentes nisi de vanitatibus, de nugis, de negotiis, de novis, haud aliter, quam affectu mundi, & non Dei. Nonne horrorem incuriant velut monstra, velut lusciniæ noctuas indu & bubones? Nonne censerentur possent sinistri ominis aves, & cum veritate quis diceret de illis: Hi Christiani non sunt, quamvis speciem eorum videantur referre, verinamque Christiani, quibus esse deberet cor & animus Deo plenus, longè aliud decantant vernaculum carmen.

Nihilominus monstrorum ejusmodi tam ingens est nume-

rus, ut illorum aspectus nullam amplius cieat admirationem: potius ex adverso stupor occupat animum, si videatur hodie christianus, qui loquatur de Deo in congressibus; omnium in ipsum vertuntur oculi, quasi foret alienigena, qui patriæ non loqueretur idioma, & quasi nemo ipsum intelligeret, nemo illi responderet ad prosequendum discursum de rebus cœli, eò, quòd hæc regio sit ipsis prorsus ignota. Et experientiâ constat, quòd, qui magnum aliquem hominum congressum vult reddere attonitum, elinguem ac stupore defixum, alio opus non habeat, quam verba illi facere de Deo, & si plausisper duntaxat prosequatur, videre erit quantocyus plures tœdio affectos congressui inopinum dicturos vale. Unde hoc oritur? nisi quod nemo loqui noverit de eo, quod non novit; non cognoscitur quasi Deus, & quod ejus est, nec cordi habetur, ut cognoscatur. Michare lector, facile tibi fuerit, si voles: studiosè & ex animo incumbere lectioni hujus libri loquentis tibi de Excellentissimis Dei, cognoscere addisces ipsum, & loqui de ipso poteris facilè & cum voluptate. Hic tertius est fructus, quem ex hac reportabis lectione.

N n n n n 2 ARGU-

ARGUMENTUM.

Quartus fructus, Conciliare
ARTICULUS IV.

fastidium lectionis librorum inutilium.

Quemadmodum nostri Oculi amant lucē, & gustus noster bonos sapes, sic intellectus noster amat veritatē, & ubique indagat illam: libros intuetur velut thesauros, in quibus ipsam credit esse inclusam, quos dum aperit, illamque inquirat, experitur sæpissimè, se esse deceptum? Siquidem libris vanis & inutilibus scatet mundus, quos haud impares dicas falsis adamantibus, certum quidem habentibus splendorem, qui in aliquo non absimilis sit verorum adamantum splendori, non tamen ejusdem cum ipso sunt valoris; quibus in hac experientia non suffragatur, decipiuntur facilè, adedque magni quandoque ement adamantem falsum, credendo se ingens comparasse lucrum, & inveniunt se nihil

habere, quod alicujus sit pretii.

Sic propemodum accidit in lectione librorum: non parvæ scientiæ est, illos benè cognoscere, nec mediocris felicitatis bonum quempiam offendere inter tot inutiles usque in infinitum fermè multiplicatos. Vix unquam aperimus librum nisi cum spe inveniendi ibi aliquid, quod sit vel voluptati, vel utilitati, vel complectatur utrumque; & paucos videre est, qui non ab initio parvam quandam exhibeant speciem & præbeant spem, porrigendi levem quandam intellectui satisfactionem, sed nimis sæpè nil aliud præstat nisi simplicem quandam exteriorem apparentiam: intellectus, qui famem sedare, seque satiare sperabat; manet aridus, &

totus;

Differentia inter bonos & malos libros.

Veri appa- relin- intel- ctum- um.

totus affectus tædio, eò quòd non invenerit, quod desiderabat: inquirens enim veritatem quandam solidam, solùm invenit extrinsecam aliquam veritatis speciem, & veritatem tantummodò superficialem.

Veritates
apparentes
relinquunt
intellectum
vacuum.

Dicunt Philosophi, quod superficies nihil aliud sit, nisi qualitas extensa in longum & latum, non autem in profundum: unde venit, quod quamvis accumulaveris millenas & decies millenas, & iterum centies millenas superficies, unam supra alteram, nunquàm tamen facturus sis corpus aliquod solidum, quod trinam suam habeat dimensionem, longitudinem, & latitudinem, & profunditatem: incassum legis centenas fabulas, & millenas historias profanas, ingentem librorum inutilium acervum, ad indagandum ibi quidquam, quantum repleas & saties intellectum; nunquàm tamen invenies ibi, nisi apparen-

tes veritatum species, tenues superficies, quarum omnis simul multitudo suppeditare tibi non potest veritatem solidam, sine quâ impossibile est intellectum tuum repleri, contentari ac satiari, eò quòd creatus non sit, ut distineatur at decipiatur apparentis, sed ut satiatur ac repleatur veritate infinitâ, quæ est Deus ipse. Et quidquid faciat, non percipiet plus satisfactionis ex omnibus lectionibus suis, quàm didicerit solidæ veritatis, quæ respiciat Deum:

Sanctus Augustinus egregiè delineavit pulchritudinem hisce verbis: *Beatitudo est gaudium de veritate*, affirmat beatitudinem esse gaudium, quod percipit intellectus ex eo, quod invenerit veritatem. Ex opposito igitur dici potest, quod infelicitas & miseria sit tristitia ex eo, quod intellectus experiatur, se non invenisse nisi mendacium. Quantum fastidium! quantum supplicium misero intellect-

S. August.
Confess. L.
10. c. 23.

Nnnnn 3;

tel-

tellectui, maximâ veritatis accenso fame, dum postquam se diu fatigavit legendo, & indagando in libris, quo suam satiaret famem, nihil uspiam invenire potuit, quod sibi faceret satis, ita deperdens & tempus & laborem, nihil inde lucratus, nisi lassitudinem, quâ conficiatur, & tœdium ac mœrorem, quo obruatur & contabescat, si decimam temporis sui partem contulisset in lectionem boni cujusdam libri, invenisset veritates solidas, quibus suum replisset & nutriisset intellectum, recessurus inde magis contentus, quàm aliquis famelicus, qui surgit è mensa, quâ opiparè fuerat exceptus; & tandem potitus fuisset beatitudine verâ, degustans gaudium inventæ à se veritatis; *gaudium de veritate.*

Ingens gaudium, quo frui potest intellectus ex lectione hujus libri.

Scriptura sacra, sancti Patres, & omnes libri de Deo loquentes, sunt totidem convivia animæ præparata, ubi nutrire se potest plenâ cum satisfactione, o-

mnibus iis veritatibus, quæ beatitudinem conferre sibi possint super terram. Non extollam nimium parvum hoc opus, quando dixerò, id esse ex eorum numero; nec si id prædicavero, temerarius ero, eò quòd omnes, quas includit, pretiosæ, divitiæ, à quibus recommendabilis reddatur, non sint depromptæ ex me, nec exortæ in fundo meo: Est fides, est sacra Scriptura, sunt sancti Patres, est sacra Theologia, unico verbo, est totum id, quod ex omnibus præstantissimum nos docet Religio christiana, est Deus infinitâ ratione magnus, infinita ratione amabilis. Si totum hoc verum non est, nihil verum esset in mundo, & si veritate hâc esset aliquid sublimius, esset aliquid majus & sublimius Deo. Nullus intellectus se unquam replere posset veritatibus certioribus, sublimioribus, profundioribus, utilioribus vel magis consolatoriis, quàm si firmiter suo im-

imprimat & insculpat animo eas, quæ in Consultationibus his explanantur, veritates. In vanum milenos impendet conatus ad penetrandum omnem profunditatem Excellentiarum Dei; experientiâ addiscet, quòd, quantò plus scrutari voluerit, tanto plus inventurus sit, ipsum esse thesaurum absque fundo, ubi intellectus delectabiliter absorbeatur abyssis luminum, quæ non nisi profundam post se relinquunt admirationem mirabilium Dei, & infinitam augustæ ipsius Majestatis, quæ sibi incomprehensibilis videtur, æstimationem.

Enascitur ex hoc abruptio quædam intellectus, dum oppressum se videt à gloria, quam comprehenditurum se putabat, à quâ ipse comprehenditur, quâ implere se cogitabat, & ipse eadem redundat; quam penetrare contendebat usque ad fundum, & ipse nil aliud invenit, nisi infinitam quandam captum suum tran-

scendentem luminum immensitatem, quòd nunquam perringet.

Exinde nova semper, semperque major exoritur fames incessanter revertendi ad conspiciendas pulchritudines, quæ tantis abundant illecebris, quarum fruitio & sua fatiet desideria & sui tamen adhuc famè & desiderium relinquat, sicut se habet cum Angelis in cœlo, qui semper contemplari desiderant ineffabiles divinæ faciei pulchritudines, quas semper contemplantur: *in quem desiderant* 1. Pet. 1. *Angeli prospicere.* Quando semel invenit anima gustum in contemlandis Excellentis Dei, consolata vivere non posset, nisi semper easdem contempleretur.

Hinc ortum sumit fastidium Omnia universale omnis alterius studi, vel lectionis, vel colloqui, nisi sint de Deo; cætera omnia videntur ipsi abjecta & in comparatione contemptibilia: videtur sibi habitare in mundo alio, & in regione super omnes res humanas longissimè elevata, unde prospiciens contemptibilia videntur intellectus, meritandi Excellentias Dei.
has.

has intueatur vel tenues quosdam ac viles atomos. Exempli gratiâ : Omnes sæculorum durationes videntur ipsi nonnisi momentum unicum, quando aspicit illas è medio æternitatis Dei : Omnis mundi magnitudo visibilis videtur ipsi minor arenæ granulo, quando illam contemplatur penes immensitatem Dei : Omnes voluptates, omnes divitiæ, & omnis mundi gloria videntur ipsi despicabilia somnia, quando abundat sublimibus idæis divitarum ac gloriæ, deliciarum ac voluptatum domus Dei, quarum oceanus immensus, satis vastus est & amplius ad implendum & faciendum ipsum Deum, omnesque Sanctos, qui in coelo sunt : Majestas & potestas regum minor ipsi videtur potestate culicis & muscæ, sic cum omnipotentia Dei deducatur in comparationem. Sic de cæteris rebus omnibus creatis, quæ respectu Dei

videntur ipsi nil aliud, nisi parva quædam nihila, erga quæ aliter affici non possit, nisi ingenti quodam contemptu.

Insuper accenduntur inde itupendi quidam in voluntate ardores, amores inquam, erga pulchritudinem, quæ tanto intervallo excedere sibi videntur cunctas alias pulchritudines perituras & caducas : amare vellet infinitam ipsius bonitatem, in quantum cognoscit ipsam amabilem, sed experitur, Deum majorem esse corde suo, omnesque conatus suos non affecuturos id, quod est infinitum. Verum contenta est ex eo, quod superetur, quodque Deus infinitâ rationemagis sit amabilis, quàm amari à se possit : nihilominus non cessat indies novos adhibere conatus, & juxta mensuram, quâ excrefcit in ipsius intellectu per continuum studium luminosus radius, ad cognoscendum semper magis magisque

Voluntas
abforbetur
à magno
bonitatum
Oceano,
quem invenit
in Deo.

Psalm.

Psal. 63.

que Excellentias Dei, vellet etiam abs intermissione magis magisque succendi ardoribus, amoris inquam voluntatis: propterea dilatât cor suum, illudque quantum potest, attollit & elevat: sed quanto magis anima sese attollit & crescit in cognitione & amore Dei, tantò magis videt Deum in gloria & bonitate exaltatum supra se: *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Denique cedit, & tota abrepta in complacentia pulchritudinum, Excellentiarum, & bonitatum infinitarum Dei, alloquitur ipsum: Domine, æquum est, tu infinitâ ra-

tione superas & transcendis cor meum; comprehendere te nunquam possum; sed comprehende tu me, & absorbe me in te: undè conjicit & immergit se, sicque tota immersa & absorpta manet in Deo.

Tandem fructus, quos anima haurit è frequenti, seriâ & profundâ contemplatione Excellentiarum Dei, ejusmodi sunt, ut illos ipsamet experiri, sed enarrare & verbis exprimere non possit. Nemini id crede, sed ipsemet experire: *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Beatus homo, qui sperat in Deo.*



OOOOO

ARGU-



ARGUMENTUM.

Exhortatio & Consilium magni
ARTICULUS V.

*momenti pro ultimâ Conclusio-
ne.*

Animam non
desinit ar-
dere, si non
desinit il-
luminari.

Probè novi, Spiritum Dei non indigere discursibus intellectus nostri naturalis, ad stabiliendam voluntatem nostram in bonis affectibus ac desideriis, imò etiam in ipsis virtutum cum primis solidarum & heroicarum exercitiis. Repere est animas exiguo lumine ac cognitione dotatas, quæ tamen non intermittunt magnis succendi ardoribus, magnis ardere amoribus: amant Deum, quia ipsam amant, abs eo quòd aliam quasi rationem dare possint bonorum, quos experiuntur, affectum, nisi quod firmissimè statuerint unice se illi devovere, seque fidelissimas exhibere in ipsius famulatu: dubitari non potest, quin id devotionis genus sit optimum, & tantò melius, quod totum mera sit gratia, & manifestus omninò effectus Spiritus Dei.

Nihilominus omninò est aliud, quando sancti voluntatis affectus innituntur luminibus

& cognitionibus intellectus: non dico solùm luminibus mobilibus & ambulatoriis inspirationum, nec luminibus infusis gratiarum, quæ permanent, & magnam commotionem conciliant in anima; sed luminibus acquisitis per seriam meditationem magnarum veritatum, quæ efficaciter convincere possunt animam, ut totam sese velit dicare & consecrare Deo; hoc namque est castrum & propugnaculum ædificatum supra petram immobilem: affectus voluntatis possunt quandoque variare; non enim est ipsa semper iisdem succensa ardoribus sensibilius, quamvis conservare semper possit eadem proposita; sed hæc sicca sunt, atque infirma videntur ipsi, si sunt absque igne: lumina etiam infusa quandoque ecclipsantur, quando, placuerit Deo nobis paulisper suam abscondere faciem: hæc enim est velut radius, qui tam absolutè dependet ab oculis so-
lis,

idoneo
re
non
Devotio a-
nimæ inni-
xa lumini-
bus intelle-
ctus illu-
strati est
solidior.

lis, ut quamprimum is cessat nos
aspicere, relinquat nos in tene-
bris.

Sed lumina acquisita & cog-
nitiones per discursū intellectū,
cum auxilio gratiæ, sunt habi-
tus, qui firmiter adhæreant in-
tellectui velut faces, quas tenet
manu suâ, ad dirigendum se
cum certitudine in densissima
caligine. Quando devotio sen-
sibilis deserit animam, ipsaque
non nisi frigida voluntatis suæ
retinet proposita, hæc firmiter
conservantur per acquisita hæc
lumina, quibus cum ipsius intel-
lectus convincatur & persua-
deatur omnino, nunquam non is
servit ipsi velut Dux optimus,
quo ire debeat, proposita ipsi ob
oculos obligatione suâ tam ma-
nifeste, ut dubitare de illa non
possit.

Ob defectum huius luminis,
quo simplices carent animæ, in-
quirunt hæc id alibi: oportet e-
nim videre clarè, ad ambulan-
dum cum certitudine & perfici-
endum opus suum; siquidem
in nocte nec ambulare nec ope-
rari quis potest: *Venit nox quan-
do nemo potest operari. Jesus Chri-
stus suis dixit Apostolis, quo ipsi
essent lumen mundi: ipse, qui
divinus eorum sol fuerat, rece-
dens à mundo, ut rediret ad De-
um Patrem suum, reliquit ipsos
velut faces accensas ex suomet
lumine ad illuminandum & di-*

Joan. 9.

rigendum mundum in viis cœli;
& Apostoli cum extincti essent
respectu nostri per mortem, re-
liquerunt eadem sua lumina in
successoribus suis ac Doctori-
bus Ecclesiæ, qui semper sunt
& fuerunt lumen mundi; ad illos
recurrendum est, illi consulendi,
illi requirendi pro directione
sui: hinc est, quod Sancti Tere-
sia omnibus animabus ad perfe-
ctionem anhelantibus suade-
bat, ut, quantum possent sibi eli-
geret Directorem non solum
virtuti addictum, sed etiam do-
ctum & scientiâ imbutum, eò
quod verum lumen super omnia
necessarium sit, ad dirigendum
& gubernandum se cum securi-
tate.

Verum si lumina, quæ mutua
tantummodò accipimus ab ali-
is, tam sunt proficua animæ ad
conservandum & dirigendum
illam in viis Dei: quid illa effi-
cient, quæ penes se ipsam habet?
si tantum proficiat aliis, com-
municando ipsis ex sua abun-
dantia, quid non dare & com-
municare poterit sibi ipsi? Intel-
lectus, qui admodum clarè vi-
det, quàm Deus sit amabilis, ad
persuadendum aliis, ut ament
ipsum super omnia, nonne ipse
prior circa id persuasus esse de-
beat? Et persuasio hæc est conti-
nua & nunquam intermissa,
quia lumina magnum hanc ve-
ritatem

Beatus quæ
ipsemet sac
luminis &
cognitio-
nis habet
et se gu-
bernand-
um,

ritatem persuadentia, ipsi sunt domestica.

Hæc est prærogativa eorum, qui unice vel saltèm præcipuè incumbunt in id, ut profundissimâ repleant intellectum cognitione Excellentiarum Dei. Theologi affirmant, quòd clara Dei visio Beatos reddat impeccabiles. Et certum est, quòd anima, quæ semel imbuta fuerit magnâ cognitione Dei, obtineat quasi incapacitatem vel æstimandi, vel amandi unquam aliud, & consequenter nec adhærendi ulli creaturæ in contemptum Dei, quòd unicum est, in quo consistit peccatum, eò quòd cætera omnia in comparatione ipsius quasi nihilum videantur. Sed oportet, ut divinum hoc lumen cognitionis Dei penitissimè imbuerit ipsam: Siquidem non sufficit, ut superficialiter tantùm tinctum illo suum habeat animum, quo tamen pleraque pars hominum contenta est, sibi persuadens, quòd satis superque alicujus veritatis possideat cognitionem, mox ubi illam aspexerit primâ vice suoque illam approbaverit suffragio & consensu, quòd idem est, ac si jactare me vellem, me optimè nòsse hominem usque ad cordis intima, eò quòd semel transcursum in ipsius faciem conjecerim oculos.

Tria hominum genera loqui

possunt de aliqua ratione, mo-
do valdè diverso. I. Aliquis ^{Cognosci} possunt res
cursor veredis illam pertran- ^{tribus mo-}
sians, benè quidem affirmare po- ^{dis diveris}
test, se illam vidisse, sed ad eò ve-
lociter, tamque obiter, ut otium
sibi non sumpserit, aliquid ibi
notatu dignum observandi; adeoque nil aliud dicere de illa
potest, nisi quòd pertransierit
ipsam. 2. Quispiam eo nomine
concedens illuc, ut suam ibi ex-
pleat & satiet curiositatem, vi-
dendo per otium, quæ in regio-
ne rariora sunt & visu digna, de
quibus etiàm majori cum cog-
nitione loqui potest; cum datà
opera aliquam diù ibi substitute-
rit, ut informationem acciperet
de omnibus, & suo commodo
videret ea, quæ suæ satisfacerent
curiositati: sed omnia hæc vidit
velut res, quæ non erant e re
suâ, e quibus nullum sperare
poterat emolumentum, nisi vo-
luptatem, quàm hauserat aspi-
ciendo illas; semel proin illas
vidisse contentus est, abit, &
nunquam revertitur illuc. 3. Ve-
rùm quando aliquis consultò
suam deseruit patriam, ad ha-
bitaculum figendum in ista re-
gione, tenetur desiderio cogno-
scendi omnia circa illam, non
duntaxat situationem, sed leges,
mores, consuetudines; non tan-
tùm assumit ipsius amictum &
habitum! sed animum, affe-
ctum, genium & ingenium reli-

religionis; hic loqui de ipsa poterit perfecta cum cognitione; hic enim ibidem non amplius velut advena, sed velut indigena censendus.

Tres modi legendi aliquem librum.

Sic ferme se habet cum multis, qui valde diverso loquuntur modo de veritatibus, quas tradunt & complectuntur libri. 1. Est ingens numerus ingeniorum acrium & ardentium, eorum nempe, qui velut veredarii cursores totam transcurreunt & permeant regionem, hi quanto citius totum aliquem devorant librum, cursim legendo illum, modo titulum, modo aliquas lineas hinc & illinc fortuito oculis obiectas; & exin dicunt: bene novi quid contineat codex iste, totum percucurri ipsum: Imo, sed nihil ex eo vidisti; & ita percurrens omnes libros ingentis cujusdam Bibliothecæ, nihil trahes ex eo emolumenti. 2. Alii (& hi maximum constituunt legentium numerum) inveniunt aliquem librum per modum itinerantis, ut fruantur voluptate videndi, quid complectatur; legent ipsum satis considerate; approbabit vel vituperabit, quod illis placeat vel displicet; & exin ipsam claudunt, & hoc facto nunquam amplius redibunt ad ipsam. 3. Rari admodum sunt, qui bono, si quem invenerint, adhæreant libro, velut habitaturi cum ipso,

ut cum attentione evolvant ipsum, omnes ejus studiosè degustent veritates, illas digerant, illis se nutriant, earum affectum & sensa assumant, illis se induant, & animum imbuant, quasi facturi ex illis propria sua sensa, lumina, cognitiones, affectus: Et tamen hic unicuique modus est, omnem ex libris hauriendi fructum, qui hauriri potest.

Non est multiplicatio luminum vel cognitionum, quibus magis illuminata reddatur anima; sed est magis profunda eorundem luminum ponderatio, ruminatio penitior: Mallem unicam solam veritatem bene insculptam animæ, quam centenas alias leviter tantum & superficialiter ipsi affricatas. Da mihi unicam arborem, quæ in bono plantata sit fundo, quæ altas & firmas egerit radices, quæ bene & industiè sit culta, afferet hæc suo tempore flores & fructus: ubi centenas aliarum arborum, quæ fuerint solummodò collocatæ in terra, unde trahere vix poterunt sufficientem humiditatem ad conservandum paulisper suum virorem, nunquam aliquem germinabunt fructum. Quando legeris aliquam ex his consultationibus, explanantibus tibi perfectiones Dei, invenies ibi veritates, quæ dubio procul ab initio aliquam tibi afferent delectationem; eò quod

Una veritas bene ponderata præstat pluribus leviter consideratis.

Ooooo 3 omnia

omnia magna sint & stupenda in perfectionibus Dei. Verum id non est, nisi adhuc arbor superficialiter posita in funda, nisi altius penetret, nisi radices agat, nisi diligenti culturâ exerceatur, nunquam tibi aliquem afferret fructum.

Differentia inter veritates Deum concernentes, & omnes alias.

Talis est differentia inter res Dei, & illas mundi, quod hæc ab initio ostendant omne id, quid quid habent pulchri; dum autem penitus eas rimamur, inveniamus fundum refertum esse nihilo. Sed veritates, quæ Deum concernunt, speciem præferunt, quæ primitus non tantis inescet illecebris, eò quod nimium nostras excedant facultates, nostram transcendant captum: quando incipimus eas penetrare, incipimus eas æstimare, illarum gustu affici; & quanto penetrantur magis, tanto magis æstimantur, tanto majori afficiunt gustu; Et quanto penitus illas perscrutamur, tanto magis cognoscimus, ipsas esse fundum prodigiorum, qui fundo careat, hicque infinita ratione plus esse cognoscendum, quam noster intellectus, & omnia creaturarum ingenia comprehendere possint. Sic nemo sibi persuadeat, exaggerationem esse, tali ratione loqui de Excellentibus Dei: sed potius quæcumque fieri possit earundem declaratio, hanc infinitâ ratione ma-

jorem semper esse eò, quod res ipsa sunt.

Quidquid actitatum est in hisce Consultationibus, perfectiones Dei, enucleantibus, ejusmodi naturæ sunt veritates, ut quanto plus ponderantur, tanto plures novæ deregantur & manifestentur pulchritudines, quæ semper magis magisque voluptate afficient: apparatus illarum nullo refulget splendore, dicendi genus nullâ incedit pompâ, nec irradiat lux; periculum fuerat uti verbis nimium magnificis aut exquisitis, quæ illecebris demulsiissent intellectum, seque potius ostentassent quam ostendissent veritatem: *Oratio sit talis, ut res potius, quam se ostendat.* Suffecerat mihi, quod nihil haberent, quo offenderent; quodque legendo adverteretur non verba dici, sed veritates ostendi, expositas in pulchritudine suâ naturali, abs eo, quod cordi esset, ipsas bene vel malè esse vestitas.

Optarem mihi chare lector Excellentias & perfectiones Dei melius esse impressas tuo cordi, quam huic codici: vellem te toties legendo repetere illas, ut frequenti earum meditatione ac penitiori ruminacione tua illis immergeretur anima, & ab iis absorberetur tota. O quam felicem me crederem, si modum suggererem tibi, non tantum intran-

intrandi, sed magis progrediendi in cognitione Dei! Quantas decantarem laudes & gratiarum actiones Deo in aeternitate! Ego, quod scripserim, tu quod legeris, & uterque, quod parum quid contulerit ad augmentum gloriae Dei.

Ah! Utinam omnes Creaturae tuas evulgarent & in publicum proferrent Excellentias, supreme Mundi Monarcha, omnium te ora laudarent ac benedicerent, facturae tuae omnes me adiuverent depradicare omnes tuas misericordias, tibi que rependente grates, speciatim ob eas, quod inspirare mihi volueris pia quaedam animi sensa &

cogitationes bonas, circa divinarum perfectionum tuarum Excellentias. Quamvis agnoscam & consteet me non nisi indignissime locutum fuisse de illis, confido tamen, dixisse me nihil, quod conforme non sit fidei catholicae; Si id fecissem ex inadvertentia & praeter intentionem meam, retracto id, & lubens condemno, & omnia mea cogitata, omnes meos affectus submitto humilime infallibili iudicio sanctae Catholicae, Apostolicae & Romanae Ecclesiae, in cuius fide vivere volo & mori: placeat bonitati Dei infinita me hac donare gratia. Amen.

